

dium Romanis circumdare alas; mox, cornua extendendo, clausere et ab tergo hostes. Hinc Romani¹, defuncti nequid quam prælio uno, omissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, etiam adversus Afros integram pugnam ineunt, non tantum eò iniquam quòd inclusi adversus circumfusos, sed etiam quòd fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant. Jam et in sinistro cornu romano, ubi sociorum equites adversus Numidas steterant, consertum prælium erat, segnè² primò, et a punicâ cœptum fraude. Quingenti ferme Numidæ, præter consueta arma telaque, gladios occultos sub loriceis habentes, specie³ transfugarum cum ab suis, parmas post terga habentes, adequitassent, repente ex equis desiliunt, parmisque et jaculis ante pedes hostium projectis, in mediam aciem accepti, ductique ad ultimos, considerare ab tergo jubentur: ac, dum prælium ab omni parte conseritur, quieti manserunt. Postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen, arreptis scutis quæ passim inter acervos cæsorum corporum strata erant, aversam adoriuntur romanam aciem⁴, tergaque ferientes, ac poplites⁵ cædentes, stragem ingentem, ac majorem aliquantò pavorem ac tumultum fecerunt. Cum alibi terror ac fuga, alibi pertinax⁶ in malâ jam spe prælium esset. Asdrubal, qui eâ parte præerat, subductos ex mediâ acie Numidas, quia segnis⁷ eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit; hispanos et gallos pedites, Afris jam propè fessis, cæde magis quàm pugnâ, adjungit. Parte alterâ pugnæ Paulus, quanquam primo statim prælio fundâ graviter ictus fuerat, tamen et occurrit, sæpe cum confertis Annibali, et aliquot locis prælium restituit, protegen-

¹Hinc Romani, despues los Romanos, que en vano dieron aquella primera batalla, dejando á los Galos y Españoles, á los que hirieron cuando iban huyendo, comienzan de nuevo la pelea contra los Africanos; de la que salieron mal no solamente por hallarse cercados de ellos, sino porque peleaban cansados con los que venian con nuevas y enteras fuerzas. ²Segnè, floja al principio, y en la que Anibal usó de sus estratagemas. ³Specie, habiéndose apartado de los suyos con sus caballos, llevando los escudos á las espaldas como si fueran desportores. ⁴Aversam... aciem, la retaguardia de los Romanos. ⁵Poplites, cortándoles las corvas. ⁶Pertinax, y peleándose en otra parte con obstinacion y poca esperanza. ⁷Segnis, floja...

tibus eum equitibus romanis. Omissis¹ postremò equis, quia consulem et ad regendum equum vires deficiebant, tum deturanti cuidam jussisse consulem ad pedes descendere equites, dixisse Annibalem ferunt: « Quàm mallet victos mihi traderet! » Equitum pedestre prælium, quale jam² haud dubiâ hostium victoriâ, fuit; cum victi mori in vestigio³ mallent, quàm fugere; victores, morantibus victoriam irati, trucidarent quos pellere non poterant: pepulerunt tamen jam paucos superantes⁴, et labore ac vulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt, equosque ad fugam, qui poterant, repetebant⁵. Cn. Lentulus trib. militum, cum, prætervehens equo, sedentem in saxo cruore oppletum⁷ consulem vidisset: « L. Æmili, inquit, quem unum⁸ insontem culpæ cladis hodiernæ dii respicere debent, cape⁹ hunc equum, dum et tibi virium aliquid superest: comes ego te tollere possum ac protegere, ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris: etiam sine hoc lacrymarum satis luctusque est. » Ad ea consul: « Tu quidem, Cn. Corneli, mactè¹⁰ virtute esto: sed cave, frustra¹¹ miserando, exiguum tempus et manibus hostium evadendi absumas. Abi, nuntia publicè patribus, urbem Romam muniant, ac priusquam hostis victor adveniat, præsidii firment: privatimque¹² Q. Fabio, L. Æmilium præceptorum ejus memorem et vixisse, et adhuc mori: et tu me in hac strage militum meorum patere expirare, ne aut reus¹³ iterum et consulatus sim, aut accusator collegæ existam, ut alieno crimine¹⁴

¹Omissis, por último habiendo dejado los caballos, porque ni aun el cónsul tenia fuerzas para gobernar las riendas del suyo, entónces, segun dicen, dijo Anibal á quien le llevó la noticia de que el cónsul mandó que la caballeria pelease á pié: Aun fuera mejor que me los presentase atados (ironia). ²Quale jam, como que ya la victoria era á las claras de los enemigos. ³Vestigio, sin perder el puesto. ⁴Superantes, á los pocos que quedaban. ⁵Repetebant, volvian á buscar. ⁶Prætervehens, pasando por allí á caballo. ⁷Oppletum, cubierto: ⁸Quem unum, al que únicamente deben mirar como inocente en el desastre de hoy. ⁹Cape, toma este caballo mientras te quedan algunas fuerzas: yo acompañándote te puedo apartar de aquí. ¹⁰Mactè, ten valor. ¹¹Frustra, con tu inútil compasion. ¹²Privatimque, y privadamente. ¹³Aut reus, no sea que me acusen de nuevo al salir del consulado, ó que yo haya de ser el acusador. ¹⁴Crimine culpando á otro...

innocentiam meam protegam. Hæc exigentes¹, prius turba fugientium civium, deinde hostes oppressere: consulem, ignorantibus quis esset, obruere telis; Lentulum inter tumultum abripuit equus: tum inde effusè fugiunt. Sex² tem millia hominum in minora castra, decem in majora, duo ferme in vicum ipsum Cannas perfugerunt: qui extemplo a Carthagine atque equitibus, nullo³ munimento tegente vicum, circumventi sunt. Consul⁴ alter, seu fortè, seu consilio, nullo fugientium infestus agmini, cum septuaginta fere equitibus Venusiam profugit. Quadraginta quinque millia peditum, duo millia septingenti equites, et tanta propè civium sociorumque pars cæsi dicuntur: in his alter consulum, quæstores L. Atilius et L. Furius Bibaculus: unus et viginti trib. mil.; consulares⁵ quidam, prætorique, et ædiliti: inter eos Cn. Servilium et M. Minucium numerant, qui magister equitum priore, consul aliquot annis antè fuerat: octoginta præterea aut senatores, aut qui eos magistratus gessissent, unde⁶ in senatum legi deberent, cum suâ voluntate milites in legionibus facti essent. Capta eo prælio tria millia peditum et equites trecenti dicuntur. Hæc est⁷ pugna Cannensis, Alliensi cladi nobilitate par, ceterum ut iis, quæ post pugnam accidere, levior, quia ab hoste cessatum est; sic strage exercitus gravior sædiorque: namque ad Alliam fuga sicut urbem prodidit⁸, ita exercitus servavit: ad Cannas fugientem consulem vix septuaginta secuti sunt, alterius merientis propè totus exercitus fuit.

• XXVII. Binis in castris cum multitudo semiermis sine duobus esset, nuntium, qui⁹ in majoribus erant, mittunt, dum

¹ *Hæc exigentes*, mientras esto decían, fueron oprimidos primeramente, etc. ² *Nulla*, no teniendo la aldea ninguna defensa. ³ *Consul*, el otro cónsul, que no siguió las huellas á ninguno de los cuerpos que huiran, ó ya fuese casualidad, ó ya lo hiciese de intento, se fué á Venusia. ⁴ *Consulares*, que habían sido cónsules, prelores y ediles. ⁵ *Unde*, ó que habían obtenido aquellos empleos por los cuales debían ser senadores. ⁶ *Hæc est*, esta es la batalla de Cánas, tan famosa como la derrota hecha junto al río Alia: la cual, aunque no la igualó en lo que sobrevino á la pelea, porque el enemigo no siguió la victoria así en la ruina del ejército fué mas brava é ignominiosa. ⁷ *Prodidit*, entregó la ciudad.

• XXVII. ⁹ *Nuntium*, qui, envían un mensajero los que estaban en el campamento mayor á los demas. para que se incorporasen con

prælio, deinde ex lætitiâ epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad se transirent: uno agmine inde Canusium abituros esse. Eam sententiam¹ alii totam aspernari: cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non venire, cum æquè conjungi possent? quia videlicet plena hostium omnia in medio essent: et aliorum, quàm sua, corpora tanto periculo mallent abjicere. Aliis non tam sententia displicere, quàm animus deesse. P. Sempronius Tuditanus, tribunus militum: « Capi ergo maultis, inquit, ab avarissimo et crudelissimo hoste, æstimarique² capita vestra, et exquiri pretia ab interrogantibus, romanus civis sis an latinus socius, ut ex tuâ contumeliâ et miseriâ alteri honos quærat³? Non tu⁴; si quidem L. Æmilii consulis, qui se bene mori quàm turpiter vivere maluit, et tot fortissimorum virorum, qui circa eum cumulati jacent, cives⁵ estis. Sed antequam⁶ opprimat lux, majoraque hostium agmina obsepant iter, per hos, qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis, erumpamus. Ferro atque audaciâ viâ lit, quamvis per confertos hostes; cuneo⁷ quidem hoc laxum atque solutum agmen ac si nihil obstat, transibimus. Itaque ite mecum, qui et vosmetipsos et rempub. salvam vultis. » Hæc ubi dicta dedit, stringit gladium, cuneoque facto per medios vadit hostes: et cum in latum dextrum, quod patebat, Numidæ jacularentur, translatis in dexteram partem scutis, in majora castra ad sexcentos⁸ evaserunt: atque inde protinus,

ellos, mientras que los enemigos descansaban del cansancio de la batalla y de las comilonas que tenían en albricias de haber vencido, y que todos juntos se irían á Canosa. ¹ *Eam sententiam*, unos del todo desechaban este parecer, porque decían, que por qué aquellos mismos que los enviaban á llamar no venían, pudiéndose igualmente incorporar con ellos. ² *Æstimarique*, y que el enemigo aprecie vuestras cabezas por dinero, preguntándoos si sois Romanos ó aliados latinos. ³ *Quærat*, para que otro saque honra de tu afrenta. ⁴ *Non tu*, no lo permitirás (reticencia). ⁵ *Cives*, si sois ciudadanos. ⁶ *Sed antequam*, sino que antes que venga el día, y los caminos estén mas ocupados de enemigos. ⁷ *Cuneo*, con nuestra gente unida, ó en forma de cuña, romperemos por el escuadrón enemigo desunido y separado, como si nadie se nos opusiera. ⁸ *Ad sexcentos*, pasaron al campamento mayor como unos seiscientos.

² *Æstimarique*, alude á que Anibal trataba con mar rigor á los prisioneros romanos que á otros.

alio magno agmine adjuncto, Canusium incolumes perveniunt. Hæc¹ apud victos magis impetu animorum, quem ingenium suum cuique, aut fors dabat, quàm ex consilio ipsorum, aut imperio cujusquam agebantur.

XXVIII. Annibali victori cum ceteri circumfusi gratularentur, suaderentque, ut tanto perfunctus² bello, diei quod reliquum esset, noctisque insequentis quietem et ipse sibimet sumeret, et fessis daret militibus, Maharbal, præfectus equitum, minimè cessandum ratus: « Imò, ut quid hac pugna sit actum scias, die quintâ, inquit, victor³ in Capitolio epulaberis. Sequere: cum equite⁴, ut prius te venisse quàm venturum sciant, præcedam. » Annibal nimis læta res visa est, majorque⁵, quàm ut eam statim capere animo posset. Itaque voluntatem se laudare Maharbalis ait; ad consilium pensandum⁶ temporis opus esse. Tum Maharbal: « Non omnia nimirum eidem dii dedere. Vincere scis, Annibal, victoriâ uti nescis. » Mora⁷ ejus diei satis creditur saluti fuisse urbi atque imperio Postero die⁸, ubi primùm illuxit, ad spolia legenda, fœdamque etiam hostibus spectandam stragem insistunt. Jacebant tot Romanorum millia, pedites passim equitesque, ut quem cuique⁹ sors aut pugna junxerat aut fugâ: adsurgentes quidam ex stragemediâ cruenti, quos stricta¹⁰ matutino frigore excitaverant vulnera, ab hoste oppressi sunt. Quosdam¹¹ et jacentes

¹Hæc, esto hacian los vencidos, mas por el ardor que á cada una daba su naturaleza, que porque obrasen por consejo de ellos mismos, ó por las órdenes de alguno.

XXVIII. ²Perfunctus, que habiendo acabado tan grande guerra. ³Victor, celebrarás la victoria con un banquete. ⁴Cum equite, yo me adelantaré con la caballería, de modo que me tengan allí antes que tengan noticia de que voy. ⁵Majorque, y tan grande, que no era cosa de ponerla al punto en ejecucion. ⁶Pensandum, para reflexionar lo que se debia hacer. ⁷Mora, se cree con bastante fundamento que la detencion de este dia salvó. ⁸Postero die, al dia siguiente luego que amaneció, salen á coger los despojos y á ver aquella carnicería, horrible aun á los ojos de los enemigos. ⁹Ut quem cuique, segun que casualmente se juntaron, ó peleando ó huyendo. ¹⁰Quos stricta, á quienes el dolor de las heridas enardecidas con el frio de la mañana les hizo levantar. ¹¹Quosdam, á algunos encontraron caidos en tierra vivos, teniendo cortados los muslos y rodillas, descubriendo á los mismos la cerviz y cuello, y convidando á que les sacasen la poca sangre que les quedaba,

vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt, nudantes cervicem jugulumque, et reliquum sanguinem invitantes haurire. Inventi¹ sunt quidam mersis in effossam terram capitibus, quos sibi ipsos fecisse foveas, obruentesque ora superjectâ humo interclusisse spiritum apparebat. Præcipuè convertit omnes substratus Numida² mortuo superincubanti Romano vivus, naso auribusque laceratis: cum, manibus ad capiendum tellum inutilibus, in rabiem irâ versus, laniando dentibus hostem exspirâset. Spoliis³ ad multum diei lectis, Annibal ad minora ducit castra oppugnanda: et omnium primùm, brachio⁴ objecto, flumine eos excludit. Ceterum ab omnibus, labore, vigiliis, vulneribus etiam fessis, maturior ipsius spe deditio est facta. Pacti⁵, ut arma atque equos traderent, in capita romana trecentis nummis quadrigatis, in socios ducentis, in servos centenis, et ut, eo pretio persoluto, cum singulis abirent vestimentis; in castra hostes receperunt, traditque in custodiam⁶ omnes sunt, sed seorsum cives sociique. Dum ibi tempus teritur, interea cum ex majoribus castris, quibus satis virium aut animi fuit, ad quatuor millia hominum et ducentos equites, alii agmine, alii palantes passim per agros, quod haud minùs tutum erat, Canusium profugissent, castra ipsa ab sauciis timidisque eadem conditione, quâ altera, tradita hosti. Præda ingens parta est: et præter equos virosque,

esto es, que los acabasen de matar. ¹Inventi, encontraronse otros que tenian metidas las cabezas en hoyos, que se conocia haber hecho ellos mismos para taparse la boca, é impedir la respiracion con la tierra que echaron encima. ²Numida, un Nùmida vivo que estaba debajo de un Romano muerto, y que tenia cortadas las narices y orejas, pues no pudiendo el Romano tomar las armas por tenerle cogidas las manos el otro, lleno de furor murió despedazando al enemigo con sus dientes. ³Spoliis, habiendo empleado gran parte del dia en despojar los cadáveres. ⁴Brachio, y habiendo tirado una fortificacion. ⁵Pacti, capitulando de entregar armas y caballos, y por cada Romano trescientos denarios. ⁶In custodiam, á todos los cautivos los aseguraron, separando á los Romanos de los aliados...

Nummus, aunque nummus ordinariamente se toma por sestercio, la autoridad de Plinio (lib. 35, cap. 5) nos mueve á traducir denarios, pues

dice que sola esta moneda tenia grabada la carroza de cuatro caballos, quadrigatis.

et si quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat (nam ad ¹ vescendum facto perexiguo, utique militantes, utebantur), omnis cetera præda diripienda data est. Tum sepe liendi causâ conferri in unum corpora suorum jussit. Ad octo millia² fuisse dicuntur fortissimorum virorum. Consulem quoque romanum conquisitum sepultumque quidam auctores sunt. Eos, qui Canusium perfugerant, muliercula nomine Busa³, genere clara ac divitiis, mœnibus⁴ tantum tectisque a Canusinis receptos, frumento, veste, viatico etiam jvit: pro quâ ei munificentia postea, bello perfecto, ab senatu honores habitum sunt.

XXIX. Ceterum, cum ibi tribuni militum quatuor essent, Fabius Maximus de legione primâ, cujus pater priore anno dictator fuerat, et de legione secundâ L. Publicius Bibulus, et P. Cornelius Scipio, et de legione tertiâ Ap. Claudius Pulcher, qui proximè ædilis fuerat: omnium consensu ad P. Scipionem, admodum adolescentem, et ad Ap. Claudium summa imperii delata est; quibus consultantibus⁵ inter paucos se summâ rerum, nuntiat P. Furius Philus, consularis viri filius, nequidquam eos perditam spem fovere⁶; desperatam comploratamque rem esse publicam; nobiles juvenes quosdam, quorum principem L. Cæcilius Metellum, mare⁷ ac naves spectare, ut, deserta Italiâ, ad regem aliquem transfugiant. Quod malum⁸, præterquam quod atrox, super tot clades etiam novum, cum stupore⁹ ac miraculo torpidos defixisset, et qui

¹Nam ad, porque de plata acuñada para el gasto tenían muy poca cantidad en el ejército. ²Ad octo millia, como unos ocho mil. ³Busa, una mujercilla noble y rica, llamada Busa, socorrió con trigo, vestuario y provisiones para el camino á los que, etc. ⁴Mœnibus, á los que los de Canusio solo les dieron cuartel y alojamiento.

XXIX. ⁵Quibus consultantibus, á los que tratando del estado de las cosas. ⁶Fovere, que fomentaban una cosa que ya no se podía remediar; que la república estaba ya sin esperanzas y sin remedio. ⁷Mare, que trataban de embarcarse y huir. ⁸Quod malum, el cual mal añadido de nuevo á otras calamidades, ademas de ser enorme. ⁹Cum stupore, habiéndolos dejado como parados y atónitos con la novedad...

Muliercula, la llama mujercilla aunque era noble, para dar á entender cuánto mas hizo una sola mujer con el ejército, que toda la ciudad.

aderant, consilium advocandum de eo censerent, negat¹ consilii rem esse Scipio juveris, fatalis dux hujusce belli: audendum atque agendum, non consultandum, ait, in tanto malo esse; irent secum extemplo armati, qui rempublicam salvam vellent: nusquam² veriùs, quàm ubi ea cogitentur³, hostium castra esse. Pergit⁴ deinde ire, sequentibus paucis, in hospitium Metelli: et cum concilium ibi juvenum, de quibus allatum erat, invenisset, stricto super capita consultantium gladio, « Ex mei animi sententiâ, inquit, juro⁵, ut ego rempublicam non deseram, neque alium civem romanum deserere patiar. Si sciens⁶ fallo, tum me, Jupiter Optime Maxime⁷, domum, familiam, remque meam pessimo leto afficias! In hæc verba, L. Cæcili, jures postulo⁸, ceterique qui adestis; qui non juraverit, in se hunc gladium strictum esse sciat » Haud secus pavidi quàm si victorem Annibalem cernerent, jurant omnes: custodiendosque semel ipsos contra Annibalem Scipionitradunt.

XXX. Eo tempore, quo hæc Canusii agebantur, Venusiam ad consulem ad quatuor milliapeditum equitumque, qui sparsi fugâ per agros fuerant, pervenere. Eos omnes Venusini per familias benignè accipiendos curandosque cum divisissent⁹, in singulos equites togas et tunicas, et quadrigatos nummos quinos vicienos, et peditibus denos, et arma, quibus deerant, dederunt: ceteraque publicè¹⁰ ac privatim hospitaliter facta, certatumque¹¹, ne a muliere canusina populus venusinus officii¹² vinceretur. Sed gravius¹³ onus Busæ multitudo faciebat,

¹Negat, Escipion, á quien los hados le iban disponiendo para caudillo de esta guerra, dice que no estaba la cosa para andarse en consultas. ²Nusquam, que en ninguna parte estaban mas de veras los reales, etc. ³Cogitentur, donde se toman estas resoluciones. ⁴Pergit, prosigue despues su camino para ir á la habitacion de Metelo. ⁵Juro, juro con toda resolución de no desamparar la república, ni permitir, etc. ⁶Si sciens, si á sabiendas falto á mi juramento, entónces. ⁷Jupiter Optime Maxime, arruina con el mayor desastre á mi, á mi casa, etc. ⁸Postulo, pido que tú y los que estais presentes hagais tal juramento.

XXX. ⁹Divisissent, habiéndolos repartido por familias, alojándolos y tratándolos benignamente. ¹⁰Publicè, á costa del público y de los particulares. ¹¹Certatumque, y anduvieron á competencia para no ser ménos que la mujer canusina. ¹²Officiis, en el servicio del ejército. ¹³Sed gravius, pero la multitud que acudió hacia la carga insoportable á Busa...

et jam ad decem millia hominum erant. Appius et Spicio, postquam incolumen esse alterum consulem acceperunt, nuntium ex templo mittunt, quantæ secum peditum equitumque copiae essent; sciscitatumque simul, utrum Venusiam adduci exercitum an manere juberet Canusii. Varro ipse Canusium copias traduxit. Et jam¹ aliqua species consularis exercitus erat, mœnibusque se certè, si non armis, ab hoste videbantur defensuri. Romam, ne has quidem reliquias superesse civium sociorumque, sed occisione² occisos cum duobus exercitibus consules, deletasque omnes copias allatum fuerat. Numquam, salvâ urbe, tantum pavoris tumultusque intra mœnia romana fuit. Itaque³ succumbam oneri, neque aggrediar narrare quæ disserendo minora vero fecero. Consule exercituque ad Trasymenum priore anno amisso, non vulnus super vulnus, sed multiplex clades, cum duobus consulibus consulares exercitus amissi nuntiabantur: nec ulla jam castra romana, nec ducem, nec militem esse: Annibalis Apuliam, Sannium, ac jam propè totam Italiam factam. Nulla profectò⁴ alia gens tantâ mole cladis non obruta esset. Comparem⁵ cladem ad Ægates insulas Carthaginiensium prælio navali acceptam, quâ fracti, Siciliâ ac Sardinia cessere⁶, hinc vectigales ac stipendiarios⁷ fieri se passi sunt: aut pugnam adversam in Africâ, cui postea hic ipse Annibal succubuit⁸? Nullâ ex⁹ parte comparandæ sunt, nisi quòd minore animo latæ sunt. P. Furius Philus et M. Pom-

¹ Et jam y ya tenia visos de ejército consular. ² Sed occisione, sino que habiam perecido los cónsules con los dos ejércitos sin quedar uno. ³ Itaque, por tanto me rendiré á la dificultad de la emprenderla con mis palabras. ⁴ Nulla profectò, á cualquiera otra nacion la hubiera echado por tierra seguramente el peso de tan enorme calamidad. ⁵ Comparem, compararé esta pérdida con la de los Cartagineses en la batalla naval junto á las islas Egates. ⁶ Cessere, perdieron la Sicilia, etc. ⁷ Stipendiarios, tributarios y pecheros. ⁸ Cui... succubuit, en la que se dió por vencido. ⁹ Nullâ ex, en ninguna cosa son seme jantes estas dos pérdidas. sino en que el ánimo para sufrirlas no fué igual...

Succumbam, noble expression, con cuya reticencia dice mas de lo que pudiera declarar la pluma de T. Livio. Nulla gens, en esta sola expresion

tanta corta nos pone á la vista de un golpe la grandeza romana, y el des-trozo y daño que le ocasionó Anibal en sola una batalla.

ponius prætor es senatum in curiam Hostiliam vocaverunt, ut de urbis custodia consulerent: neque enim dubitabant, deletis exercitibus, hostem ad oppugnandam Romam, quod unum¹ opus belli restaret, venturum. Cùm in malis, sicut ingentibus, ita ignotis, ne consilium quidem satis expedirent, obstreperetque clamor lamentantium mulierum, et nondum² palàm facti vivi mortuique per omnes pene domos promiscuè³ complorarentur, tum Q. Fabius Maximus censuit, « equites expeditos⁴ et Appiâ et Latinâ viâ mittendos, qui obviam euntes percunctarentur aliquos profectos ex fugâ passim dissipatos, si fortè⁵ referant, quæ fortuna consulum atque exercituum sit, et, si quid dii immortales, miseriti imperii, reliquum⁶ romano nomini fecerint, ubi eæ copiae sint: quò se Annibal post prælium contulerit: quid parèt, quid agat acturusque sit. Hæc exploranda noscendaque per impigros⁷ juvenes esse. Illud per patres ipsos agendum, quoniam⁸ magistratum parum sit, ut tumultum⁹ ac trepidationem in urbe tollant: matronas publico arceant, continerique intra suum quamque limen cogant: comploratus familiarum coerceant¹⁰: silentium per urbem faciant: nuntios rerum omnium ad prætores deducendos eurent: suæ quisque fortunæ domi auctorem¹¹ expectet: custodes præterea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi urbe: cogantque homines, nullam nisi urbe ac mœnibus salvis salutem sperare. Ubi conticuerit¹² tumultus, rectè tum in curiam patres revocandos, consulendumque de urbis custodia esse. » Cùm in hanc sententiam pedibus¹³ omnes issent, summotaque foro per magistratus turbâ, patres diversi¹⁴ ad sedandos

¹ Quod unum, pues no le quedaba masque hacer en aquella guerra. ² Et nondum, por no saberse á punto fijo los que se salvaron ó murieron. ³ Promiscuè, indistintamente. ⁴ Expeditos, sin armas. ⁵ Si fortè, si acaso traen la noticia del paradero de los cónsules y estado de los ejércitos. ⁶ Quid... reliquum, si algo han dejado salvo los dioses inmortales compadecidos del imperio. ⁷ Impigros, diligentes. ⁸ Quoniam, supuesto habian quedado pocos magistrados. ⁹ Ut tumultum, que desvanezcan aquel alboroto y llanto de la ciudad, mandando que las matronas no comparezcan en público, y que guarden sus casas. ¹⁰ Coerceant, sosiegan los llantos. ¹¹ Auctorem, noticia. ¹² Ubi conticuerit, y luego que hubiese calmado aquella conmocion. ¹³ Pedibus, habiendo todos aprobado este dictamen. ¹⁴ Diversi, por diversos barrios...

tumultus discessissent, tum demum litteræ a Terentio consule allatæ sunt: « L. Æmilium consulem, exercitumque cæsum, Canusique se esse, reliquias tantæ cladis velut ex naufragio colligentem: ad decem millia militum ferme esse in compositorum inordinatorumque. Sed Pœnum¹ nunc sedere ad Cannas, in captivorum pretiis, prædâque aliâ, nec victoris animo, nec magni ducis more nundinantem. » Tum privatæ quoque per domos clades vulgatæ sunt: adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit; quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illâ tempestate matrona expers luctûs fuerat. Itaque, ne ob eamdem causam alia quoque sacra publica aut privata desererentur, senatus consulto diebus triginta luctus est finitus.

XXXI. Ceterum, cum, sedato urbis tumultu, revocati in curiam patres essent, aliæ insuper ex Sicilia litteræ allatæ sunt ad T. Otacilio prætore, regnum Hieronis classe punicâ vastari, cui cum opem imploranti ferre vellet nuntiatum sibi esse, aliam classem ad Ægates insulas stare paratam instructamque, ut, ubi se versum ad tuendam Syracusanam oram Pœni sensissent, Lilybæum extemplo provinciamque aliam romanam aggrederentur. Itaque classe opus esse, si regem socium, Siciliamque tueri vellent. Litteris consulis prætorisque lectis, M. Claudium, qui classi ad Ostiam stanti² præseset, Canusium ad exercitum mittendum, scribendumque consuli, ut, cum prætori exercitum tradidisset, primo quoque tempore, quantum³ per commodum reip. fieri posset, Romam veniret. Territi etiam super tantas clades, cum ceteris prodigiis, tum quod duæ vestales eo anno, Opimia atque Flornia, stupri⁴ compertæ: et altera sub terram⁵, ut mos est, ad

¹Pœnum, que Anibal estaba muy quieto en Cãnas, haciendo mercado de los cautivos y demas presas, regateando en el precio, contra lo que pide la magnanimidad de vencedor y el decoro de un gran general.

XXXI. ²Stanti, surta en el puerto de Ostia. ³Quantum, cuanto antes pudiese sin detrimento de la república. ⁴Stupri, fueron convencidas de estupro. ⁵Sub terram, despues la una fué castigada

Sacrum, el sacrificio de Ceres, que se hacia todos los años, se interrumpió; porque los que estaban de luto.

como á la sazón lo estaban todas las matronas, ne podian asistir á él.

portam Collinam necata fuerat, altera sibimet ipsa mortem consciverat. L. Cantilius, scriba pontificum, quos nunc minores pontifices appellant, qui cum Flornia stuprum fecerat, a pontifice maximo eò usque virgis in comito cæsus erat, ut inter verbera expiraret. Hoc nefas⁴ cum inter tot, ut fit, clades in prodigium versum esset, decemviri libros adire jussi sunt, et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est, sciscitatum, quibus precibus suppliciiisque² deos possent placare, et quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus³ libris sacrificia aliquot extraordinaria facta; inter quæ⁴ Gallus et Galla, Græcus et Græca in foro Boario sub terrâ vivi demissi sunt, in locum saxo conceptum, jam antè hostiis humanis, minimè romano sacro, imbutum.

XXXII. Placatis satis, ut rebantur⁵, deis, M. Claudius Marcellus ab Ostiâ mille et quingentos milites, quos in classem scriptos habebat, Romam, ut urbi præsidio essent, mittit ipse, legione classis (ea tertia legio erat) cum tribunis militum Teanum Sidicinum⁶ præmissâ, classe traditâ P. Furio collegæ, paucos post dies, Canusium magnis itineribus contendit. Dictator ex auctoritate patrum dictus M. Junius, et T. Sempronius magister equitum, delectu⁷ edicto, juniores ab annis septemdecim, et quosdam prætextatos scribunt; quatuor ex his legiones, et mille equites effecti: item⁸ ad socios lati-

como era de costumbre (esto es, ser enterradas vivas), la otra se mató á sí misma. ⁴Hoc nefas, y como este enorme delito se tuviese como mal pronóstico entre las demas desgracias, como suele suceder. ²Suppliciiisque, y sacrificios. ³Ex fatalibus, segun los libros de las Sibilas. ⁴Inter quæ, uno de los cuales fué que un Galo y una Gala, un Griego y una Griega fueron enterrados vivos en un lugar cercado de piedra, donde ya ántes se habian ofrecido victimas humanas, á pesar de no ser esto conforme á los ritos romanos.

XXXII. ⁵Rebantur, como pensaban. ⁶Teanum Sidicinum, Tiano. ⁷Delectu, intimadas las levass, alistan á jóvenes de diez y siete años y á algunos que no llegaban. ⁸Item, asimismo envian comisionados para alistar gente de los aliados y latinos, segun la fórmula de concierto que con ellos tenian hecho...

Septemdecim, hasta esta edad usaban de la prætexta, y despues vestian la toga. Por eso dice Ciceron pro Ar-

chid: Cum adhuc prætextatus esset Archias, siendo aun Arquias muy mozo.